

NvK an Francesco dal Legname, B. von Ferrara, päpstlichen Generalvikar in geistlichen Angelegenheiten.<sup>1)</sup> Er überträgt ihm die Schlichtung des Streits zwischen den Gemeinden Rieti und Terni um die Kanalisierung des Flusses Velino an den Marmore bei Terni. Die Gemeinde Terni hatte sich geweigert, NvK als Schlichter anzuerkennen und stattdessen gegen NvK appelliert, die Frist zur Einreichung der Appellationsurkunde jedoch verstreichen lassen. Daher sei die Appellation hinfällig und das Schlichtungsverfahren nun einzuleiten.

*Kopie (gleichzeitig):* RIETI, StA, Archivio del Comune di Rieti, Riformanze 26 B.f. 120<sup>v</sup>-121<sup>r</sup>. *Überschrift:* Copia seu transsumptum litterarum apostolicarum commissionis facte per r. d. legatum Urbis etc. r. d. episcopo Ferrariensi, quarum litterarum et commissionis tenor talis est, videlicet; *rückseitiger Vermerk:* Registrata. H. Pomert.<sup>2)</sup>

*Druck:* Meuthen, *Die letzten Jahre 201-203* Nr. XLV.

*Em.: Michaeli, Memorie storiche III 259; Meuthen, Die letzten Jahre 43.*

Nicolaus miseratione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis, alme Urbis etc. legatus, reverendo in Christo patri domino Francisco episcopo Ferrariensi, s<sup>mi</sup> d. n. pape dicte Urbis in spiritualibus vicario etc., salutem in domino. Cum alias exorta differentia inter Reatinos et Interampnenses super aquaductu apud Marmorea commisimus r. p. v., ut illuc accederet et huic negotio finem 5 imponeret, et quia facta bona diligentia per v. r. p. non potuit de consensu partium res illa terminari, partibus ipsis a v. p. iniunctum fuit, ut coram nobis comparerent per oratores suos, quod et fecerunt. Quibus coram nobis comparentibus et suas rationes allegantibus, Monaldus<sup>3)</sup> Interampnensis orator allegabat arbitrium duorum tyrannorum<sup>4)</sup>, in quos fuerat compromissum, a quibus differentiam illam sopitam fuisse, 10 petens, ut ad antiquitatem reduceretur, videlicet quod, sicut ab antiquo aqua illa currebat sine aliqua nova excavatione, observetur antiquitas. Demum v. r. p. relatione audita, temptatum fuit per magnificum dominum primum conservatorem dicte Urbis<sup>5)</sup>, an partes ipsas ad concordiam reducere posset.<sup>6)</sup> Cui, prout in oratorum ipsorum presentia retulit, visum est ipsos oratores secum in unam sententiam convenire, prout hec 15 scripta etiam certis eorundem oratorum manibus factis ostendit. Dixerunt tamen ipsi oratores se speciale mandatum ad concludendum non habere, unde comunicato consilio iniunximus eisdem oratoribus, ut ante certum terminum a suis civibus mandatum procurarent de et super modo per dictum conservatorem adinvento de ipsorum oratorum consensu vel saltem de alto et basso in nos compromittendo. Allegavimus quoque 20 Interampnensi oratori, cum aliquando in tyrannos compromiserunt, non possent rationabiliter compromissum in legatum recusare. Quod quidem preceptum describendi oratores ipsi acceptarunt.

Per Reatinos hoc medium, modo quo premittitur, acceptatum est etiam in nos compromittendi.<sup>7)</sup> Interampnenses vero, nescitur quo spiritu ducti, neque medium per 25 oratorem eorum laudatum receperunt, neque compromissum in nos facere voluerunt, sed orator ipse eorum a nostro mandato temere appellare presumpsit. Cui, cum appellationem, respondimus, quod, habita copia pretense sue appellationis in forma publica, ei infra terminum iuris de apostolis respondemus.<sup>8)</sup> Fecimus post hec eumdem oratorem peremptorie citari, ut certo die coram nobis et consilio compareret nostrum super 30

apostolis de et super pretensa sua appellatione auditorus responsum. Qui contempta citatione huiusmodi non solum statuta die non comparuit, sed etiam statim, postquam citatus fuerat, ab Urbe recessit. Nos autem veniente die consilii statuti, expectato usque ad ultimum ipso oratore et neque eo neque alio pro ipso comparente, habito consilio, 35 declaravimus ipsos Interampnenses a pretensa eorum appellatione recessisse et per nos ad ulteriora fore procedendum verum modum per ipsum conservatorem de dictorum oratorum consensu, ut prefertur, adinventum.

Quocirca e. v. r. p. harum serie, auctoritate legationis nostre et qua fungimur, committimus, quatenus in reversione vestra<sup>9)</sup>, dum tempus vobis concessum fuerit, ipsum 40 modum per dictum conservatorem adinventum debite executioni demandetis cum omnibus et singulis, que ad hec necessaria fuerint seu etiam opportuna, contradictores quoslibet et rebelles compescendo ac etiam, prout expediens visum fuerit, puniendo, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. In quorum testimonium has nostras litteras fieri et per secretarium nostrum subscribi nostrique soliti sigilli iu(n)xi- 45 mus et fecimus impressione communiri. Datum Rome apud sanctum Petrum decima quinta Septembris mcccclviii pontificatus s<sup>mi</sup> in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi anno secundo.

---

<sup>1)</sup> Francesco dal Legname, B. von Ferrara (1447-1460), danach von Belluno-Feltre (1460-1462), seit dem 26. Januar 1459 in Rom Generalvikar in geistlichen Angelegenheiten. Zu ihm s. A.A. Strnad, in: *DBI* 32 (1986) 92-96; P. Partner, Francesco dal Legname. A curial bishop in disgrace, in: P. Denley/C. Elams (Hg.), *Florence and Italy. Renaissance Studies in Honour of Nicolai Rubinstein (Westfield publications in medieval studies 2)*, London 1988, 395-404; Partner, *Pope's men* 237f., 272 s.v.

<sup>2)</sup> Heinrich Pomert, Sekretär des NvK.

<sup>3)</sup> Monaldo Paradisi, Gesandter der Stadt Terni; s. Michaeli, *Memorie storiche* III 259.

<sup>4)</sup> Nämlich im Jahre 1409 durch Kg. Ladislaus von Durazzo und im Jahre 1417 durch Braccio da Montone; s. Rossi-Passavanti, *Storia di Terni* II 420, 424f.

<sup>5)</sup> Cecco de' Marcellini, erster Konservator von Rom; s. Vitale, *Storia diplomatica* II 438.

<sup>6)</sup> Der von den Konservatoren von Rom ausgearbeitete und bereits von den Gesandten der Städte Terni und Rieti akzeptierte Kompromissvorschlag ist notiert in: RIETI, *StA, Archivio del Comune di Rieti, Riformanze* 26 B f. 121<sup>v</sup>; vgl. Meuthen, *Die letzten Jahre 199 Ann. 1. S.o. Nr. 6010 Ann. 1.*

<sup>7)</sup> S.o. Nr. 6010 (1459 September 7).

<sup>8)</sup> Gemäß der Prozessregeln des Appellationsverfahrens hätte NvK innerhalb von 30 Tagen nach Erhalt der notariell ausgefertigten Appellationsurkunde die sog. Apostel ausstellen müssen, um den Papst über die Appellation zu informieren. Die Frist zur Ausstellung der Appellationsurkunde (10 Tage) war hier jedoch schon überschritten. Zum Verfahren s. Becker, *Entwicklung der Appellation* 18f. Zu den Aposteln (Bericht des Richters, gegen dessen Urteil appelliert wird, an den Richter der höheren Instanz) s. auch DRWI 802.

<sup>9)</sup> Francesco dal Legname war vom Papst als Generalkommissar für Todi, Foligno, Spoleto, Rieti und Terni nach Montefalco entsandt worden. S. eine Geldanweisung vom 4. September 1459; ROM, *Arch. Vat., Arm. XXXIX* 8 f. 71<sup>r</sup>. Er sollte den Streit zwischen Terni und Rieti auf dem Rückweg entscheiden; s. Meuthen, *Die letzten Jahre* 204 *Ann. 1, 206 Ann. 1*, sowie unten Nr. 6013. Allerdings verzögerte sich seine Rückkehr nach Rom wegen der Bedrohung des Kirchenstaats durch die Truppen des Jacopo Piccinino, gegen die Francesco vorgehen sollte; vgl. eine entsprechende Anweisung Pius' II. an Francesco dal Legname vom 4. November 1459; Kopie: FLORENZ, *Biblioteca Medicea Laurenziana, Plut. 90 sup. 138 f. 22<sup>v</sup>* (vorangehend ein entsprechender Befehl an den Hauptmann der päpstlichen Truppen Giovanni Malavolta vom gleichen Tag). Der Papst ernannte Francesco dal Legname zudem am 24. Oktober 1459 zum Oberbefehlshaber der päpstlichen Truppen, insbesondere der vom Mailänder Herzog zur Verteidigung des Kirchenstaats gestellten Truppenkontingente. Vgl. auch den Bericht der Mailänder Gesandten Jacopo Antonio della Torre, B. von Modena, und Ottone del Carretto aus Mantua vom 27. Oktober 1459 über den militärischen Auftrag an den B. von Ferrara; Or.: MAILAND, *StA, Carteggio*

*Sforzesco, scat. 393 s.d. Gleichzeitig unterstellte der Papst seinen Hauptmann Giovanni Malavolta dem Befehl Legnames;*  
*Kopie: ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 473.f. 132<sup>rv</sup>.*